Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CAN

die desponsacionis illius et in die
letitie cordis eius. IIII

Quam pulchra es amica
mea quam pulchra. o
culi tui columbarum
absque eo quod intrinsecus latet
Capilli tui sicut greges caprarum
que ascenderunt de monte ga
laad. Dentes tui sicut greges
tonsarum que ascenderunt de
lauatro. Omnes gemellis feti
bus et sterilis non est inter eas
sicut motra coccinea labia tua
et eloquium tuum dulce. Sicut
fragmen mali punici ita gene
tue absque eo quod intrinsecus
latet. sicut turris dauit collum
tuum que edificata est cum p
pugnaculis. Mille clippei pen
dent ex ea omnis armatura
fortium. duo ubera tua sicut y
mili capree gemelli qui pascun
tur in lilius donec aspirent dies
et inclinentur umbre. vadam
ad montem myrre et ad collem
thuris. Tota pulchra es amica
mea et macula non est in te. ve
ni de libano sponsa. veni de liba
no. veni coronaberis de capite a
mana. de vertice sanir et hermon.
de cubilibus leonum. de montibus
pardorum. Vulnerasti cor meum so
ror mea sponsa. vulnerasti cor m
eum in uno oculorum tuorum et in
uno crine oculi tui. Quam pul
chre sunt mamme tue soror mea
sponsa. Pulchriora sunt ubera
tua vino et odor unguentorum tuo
rum sicut odor thuris. Ortus con
clusus soror mea. ortus conclusus
fons signatus. emissiones tue
paradisus malorum punicorum
cum pomorum fructibus. Cyp
cum nardo. nardus cum coxo. fy
cula et cynamomum cum uni
uersis lignis lybani. myrra et aloe
cum omnibus primis unguentis
fons ortorum puteus aquarum
viuencium que fluunt cum impetu
de libano. Surge aquilo et veni
auster perfla ortum meum et fluent
aromata illius. V

Veniat dilectus meus in
ortum suum et comedat fr
uctum pomorum suorum
Veni in ortum meum soror mea.
sponsa messui myrram meam cum
aromatibus meis. Comedi fa
uum meum cum melle meo bibi
vinum meum de lacte meo. Come
dite amici mei et bibite et inebri
amini. ego dormio et cor meum
vigilat. Aperi michi soror mea
amica mea. in maculata mea
quia caput meum rorre et cin
cinum mei guttis noctium. Ex
spoliaui me tunica mea quomodo
induar illam. laui pedes meos
quomodo inquinabo eos. Dilectus
meus misit manum suam per
foramen et venter meus intre
uiuit ad tactum eius. surrexi
ut aperirem dilecto meo. ma
nus mee stillauerunt myrram di